



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Simeon Conf. 1. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

J U N I U S.

S. SIMEON CONF. 1. Junii.

SIMEON Siculus adoratis, quas Dei Filius sacrauit, regionibus, ad amorem paupertatis, quam omnia ejus vestigia spirant, exarsit. Jura sanctitatis cum Anachoretis docuit, vel semel exerantem in feminas oculum gravi oratione ad officium revocaturus. Ab eo denique manumissus loca plura magnis virtutibus nobilitavit. Subinde in piratas incidit, nihilo mitiora comitibus occisis passurus, nisi salientem de puppe petitemque tellis diviniore vis texisset. Tandem delatus Treveros, speculam sibi in turris fastigio elegit, quam expugnare orcus aggressus, suas in Christianum Herculem hydras, & omne monstrorum genus nequidquam armavit. Stultius strategema fuit, cum perditis tenebriones, nescio quos, fatuos ignes radiosque tugurio ejus infunderent; sed ille fanaticam lucem oculis non admisit, solem suum mortuo sibi oriturum dictitans: dæmones elusis artibus suis, auxilium ab hominum malevolentia perit, qui noxiam aquarum inundationem sceleribus ejus imputare ausi, convitiis saxisque in caput innocentis sunt grassati. Stationem tamen non ante deseruit, quam illum cæli Imperator evocaret an. M. XXXV. Corpus ejus exanime prodigioso sudore immaduit. Quis arduam neget ad cælum viam, in qua etiam hi cursores, & quidem post mortem, sudant? *Ex Surio.*

Beatus, qui omni spe rerum hujus mundi seipsum orbavit, ac in solo Deo omnem spem fixit atque locavit

vit suam: sicut enim execrandus est ille homo, qui spem suam positam habet in homine, ita omni laude dignus, qui ex Deo totus pendet. S. Bas. Orat. 7.

SS. MARCELLINUS & PETRUS
M. M. 2. Iunii.

Nihil agis impietas; Christi servus etiam inter vincula liber est; insultabat Arthemius PETRO compedibus onerato, experiretur Dei sui vires, & rumperet catenarum nexum, si tantum in JESU nomine confideret. PETRUS non id modo præstitit, sed Paulinam insuper ejus filiam diaboli mancipium, expulso improbissimo tyranno, in libertatem asseruit, unaque Arthemio persuasit, Deo antea subsannato, cum omnibus carceris incolis, sacramentum dicere. MARCELLINVS, qui eos Christiano ritu abluerat, nudus vitri fragmentis impositus, non antè quàm ab Angelo jussus, ex illo se lecto proripuit, & cælesti veste excultus cum PETRO, quem idem Angelus cippo exemerat, Christianorum se cœtui reddidit; quibus animandis cum septem ipsos dies impendisset, pleno tandem agmine Arthemium cum uxore & filia ad supplicium euntes comitatus est. Ipsi denique in silvâ, cui Nigræ cognomentum fuit, inter senticeta, capite plexi sunt. Nihilominus vel invito tyranno, abscondi inter spinas lilia nō potuere, & sanctitatis odor rubentes suo sanguine rosas prodidit. Lucilla & Firmina castis illas manibus legerunt, & in communi SS. Martyrū viridario collocarūt. Silve quoque nomen immutatum est; pro Nigrâ, Candida posthac audit. Esto & tu lilium inter orbis spinas, & cæli candidatum te appellabo. *Ex Suario.*

Parati simus semper irruentes vitiorum curres

2. Iunii
ac fre
lumq;
cum
inim
exulta

S. N

A

illa au
morta
si qui
parav
LXX
panni
plum
minis
sum n
nisi p
à prec
quam
Vifun
solens
dium
raliter
signa
rienſe
suam
& op
ditate
Au
didit:
Spiritu